



19
 in obediencia receptor: insuperibus conlocavit. & adungat
 & sociat meretricem hanc cum domo israhel, sed iam non repeta
 mus nec reputemus ei ueterem culpam. Aliquando meretrix fuit.
 nunc autem uniuirgo casta uirgo copulata est xpo. Audi apostolum
 dicentem de exstati hoc ipsum uniuirgo uirginem castam exhibere
 uos. Ex ipsa erat ille ipse qui dicebat. fuimus enim & nos aliquan
 do insipientes. Increduli errantes desideris & uoluptatibus; ua
 riss. Si uis adhuc copiosius discere quomodo meretrix. Audi aposto
 lum dicentem. & haec quidem fuistis. sed abluti estis. sed sacrificia
 ti estis. In nomine dñi nri ihu xpi. ut enim possit euadere. necum
 hiericho interire & ualidissimum ab exploratoribus; signū salu
 tis accepit. sparatum cocineum. p xpi & enim sanguine eccle
 sia haec uniuersa saluatur. in ipso xpo dño nro. cui ē gloria

& imperium in saecula saeculorum amen. EXPLICIT OMNIA VI.
 INCIPIT OMELIA VII. DE IERICO QUOMODO CASTA EST
 ET RAAB QUOMODO SALUATA EST ET DE EO QUI FURAUERAT
 EX ANTHEMA LEGULAM AUREAM ET DEXTERALIA PURA

Hiericho tubis subuertitur sacerdotum. statim enim ut tubarum
 clangor increpuit. murorum detectus est ambitus. Dixeramus
 iam prius quod hiericho formam saeculi praesentis obtineat. Culus
 rabbor & munimenta sacerdotibus tubis uideamus esse destructa.
 firmitas namque & munimenta quibus uelut muris mundus iste
 tueatur idolorum cultus erat. Diuinationum fallacia arte de
 monum ministrata omnibus hominibus. augurum atque
 aruspicum magorumq; commenta. quibus omnibus; uelut mu
 ris ualidissimis ambiabatur hic mundus. Insuper & iam di
 uersis philosophorum dogmatibus; & emētissimis adsertioni
 bus; disputationum. uelut proceribus quibusdam & probis tur
 ribus firmabatur. Ueniens uero dñs noster ihu xps. cuius ille